Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Sacrificium & oblationem noluisti; haec miracula dicuntur haec cogitationes dicuntur quibus nemo. ē. similis. ut spector ille adducatur ad curiositatem. & quaerat istanobis cum meliore fructuosiore de quib: inuenias. gaudebit & sic gaudebit. ut non amet. ne uincatur. quē amat amat enim aurigam quo uicto insultationes ferat. quando uincit auriga. ipse uestitur. num quid pauper qui illi damat victori ipse uestitur. pro victo illi insultatur. quare pro illo percipis rep̄ hensionem cum quo non diuidis uestem; Ecce aliud in spectaculis nostris omnes quidem currunt. dicit in illo stadio. in illo spectaculo unus tamen accipit brauium. cēteri uicti discedunt. & perseuerauerunt incurrendo; sed cum acceperit unus. remanent cēteri. qui similiter laborauerunt. hac non. ē. si quot quot currunt perseuerantes currant omnes accipiunt & qui prior uenerit expectat. ut cum posteriore coronētur; Agonem quippe istum non cupiditas. sed caritas facit omnes currentes. amantes se & ipse amor cursus. ē.; Sacrificium & oblationem noluisti. aut dō. antiqui enim quando ad huc sacrificium uerum quod fideles norunt in figuris. p̄nunciabatur celebrauerunt figuras futurae rei multi scientes. sed plures ignorantes; Nam prophetae & sāpatriarchae nouerant. quod celebrabant; Cēterum autem multitudo. iniqua carnalis. sicerat ut fieret de illa quid significaret. posteriora uentura & uenit sublato illo sacrificio primo sublatis holocaustis aridum hircorum uitulorum cēterorum quadrupedum. noluit illa dis. quare illa abiit. quare primo uoluit quia illa omnia quasi uerba erant. promittentes & uerba promissiua cum uenerit quod promittunt non iam enuntiantur; Quamdiu quisq: p̄missor. ē. donec dē; Cum dederit mutat. uerba non dicit ad hucdabo qd sed datur. dicebat: Sed dicit dedi. mutauit uerbum quare illi placuit primo hoc uerbū & quare illud mutauit. quia temporis fuit uerbum fuit & p̄ suo tempore placuit quando p̄mittebatur. tunc dicebatur. cum autem datum. ē. qd p̄missum. ē. ablata sunt uerba p̄missiua. data sunt completiua sacrificia ergo illa tam quā uerba p̄missiua. ablata sunt quid. ē. quid datum. ē. completiuum corpus quod nos sus. qd non omnes nos sus. qd utinam quinos sus omnes non ad iudicium nouerit sed quando dictum. ē. xp̄s enim ille. ē. dn̄s noster modo loquens. & membris suis. modo loquens. ex persona sua sacrificium in quid. & oblationē noluisti; Quid ergo nos. iam hoc tempore sine sacrificio